

**5318** C. Quinctius C. f. Valg.<sup>1</sup> patron. munic., | M. Magi. Min. f.<sup>2</sup> Surus, A. Patlacius Q. f., | IIIvir., d. s. s.<sup>3</sup> portas turreis moiros | turreisque aequas cum moiro | faciundum coiraverunt.

*Aeclani rep. (I 1250. IX 1440 vidit Mommsen; imaginem Ritschl tab. LXXc).* Ex altero exemplo eiusdem inscriptionis videntur superesse fragmenta IX 1441. — 1) *Valgus hic videtur esse socer P. Servilii Rulli qui a. u. c. 691 tribunus plebis legem agrariam promulgavit (Cic. de leg. agr. 5, 1, 5). Cf. quae exposui Herm. 18, 1883 p. 620 seq.* Idem Pompeianis amphitheatrum et theatrum tectum aedificavit (v. infra N. 5627. 5636); idem memoratur in titulo liberti X 5282 = Buecheler carm. epigr. 12. — 2) *M. Magius Minati filius. Minatus (sic, non Minatius, cf. supra N. 5206) Magius Aeclanensis, pater huius M. Magii Suri, bello Italico (a. u. c. 664) Romanorum partes adiuvit et ob eam rem civitatem donatus est, teste Velleio Paternculo, qui ex posteris eius se esse gloriatur (Vell. 2, 16).* — 3) *De senatus sententia.*

**5319** P. Attius P. f. Vaarus leg. pro pr., | C. Considius C. f. Longus leg. pro pr.<sup>1</sup>, | murum, turres, posteicuus<sup>2</sup>, | fossam faciundum coer.; | T. Tettius T. f. Vel. praefectus.

*Curubi in ora Africæ inter Carthaginem et Hadrumetum (VIII 979, et multo melius Comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1895 p. 31). Tractavit Mommsen Herm. 50, 1895 p. 456.* — 1) *De his duobus ducibus partium Pompeianarum in Africa ab a. 703 ad a. 708, cf. Caes. b. c. 1, 23. 2, 23 seq. Dio 41, 41 seq.* Legati pro pr. dici voluerunt, sine dubio Metelli Scipionis, cui in Africam venienti a. 707 Varus concessit (Dio 42, 57) et quem certe a. 708 pro unico populi Romani imperatore habuit Considius (bell. Afr. 4). — 2) Cf. infra N. 5340 not. 4.

**5320** C. Caesare imp. cos. II[II]<sup>1</sup>, | L. Pomponius L. I. Malc[io] | duovir V<sup>2</sup> | murum oppidi totum ex saxo | quadrato aedific. coer.

*Curubi (VIII 977 cf. 12451 Wilmanns vidit lapidem, Schmidt ectypum).* — 1) *A. u. c. 709.* — 2) *V. vel Ut. (nam fuerunt fortasse V et T litterae contignatae) quid sit obscurum. De duoviro quintum vix licet cogitare in colonia recens condita.*

**5321** M. Minatius M. f. Pom. | Sabinus<sup>1</sup> turrem de | sua pequinia, murum | de pequinia conlata | faciund. coeravit | idemque probavit.

*Padulae in Lucania, non longe a Diana, ubi fuit Tegianum (I 1259. X 291 ter descripta saeculis superioribus).* — 1) *Fortasse idem M. Minatius Sabinus proquaestor Cn. Pompeii filii bello Hispanensi anno 709 (Mommsen Roem. Münzwes. p. 631. 656).*

**5322** Turus<sup>1</sup> Patalius<sup>2</sup> Grapn. Opia. f.<sup>3</sup>, | Venetus Lastimeis Hosp. f.<sup>4</sup>, | pra.<sup>5</sup> murum<sup>6</sup> locaverunt log.<sup>7</sup> | [p.] CXI, alt p. XX, eisde proba[v.]

*In insula Dalmatiae Veglia, ubi fuit civitas Curictarum, oppidum Curicum, trabs ex lapide calcareo, rep. cum oppidi moenia deicerentur (III S. 15295 viderunt Patsch aliquie arch. ep. Mitth. 45 p. 68, 46 p. 53). — 1) Idem nomen Dalmaticum III 2754. 27699. 2787. 3154. V 5053; cf. Sticotti arch. ep. Mitth. 46 p. 56. — 2) C. Patalicus Terti filius est in t. Histrico V 452. — 3) In aliis titulis insularum Dalmaticarum reperiuntur Opiae filius (III 3144) et Opiavi filius (III S. 10121). — 4) Alius Hospolis filius in t. Histrico V 449. — 5) Praefecti. — 6) Curicum munitum fuit iam a. u. c. 706, cum C. Antonius ibi caperetur (cf. Caes. b. c. 5, 8),*